

Abijce Phœbe Lynam quia suadet amica voluntas.
 Iam subeat socium blanda puella Torum:
 Hæc sunt (nec fallor) Crassa dictata Minerua
 Carmina, quæ sponsus vel noua sponsa leget.
 Absit edax oro sincero pectore liuor.
 Zoilus & celeri det sua terga fuge.
 Est etenim iuuenum iuueniles condere versus.
 His capitur studijs prima iuuenta modò.
 Si posthac tulerit vitam maturior ætas,
 Carmina plura canam carmina plura dabo.
 Omini ergo boni donat quæ nostra Thalia
 Non fastiditus suscipe Petre. VALE.



35.

Epithalamia.

IN HONOREM NV- PTIARVM EXIMII AC PII IV- VENIS ANDREAE KNEFELII ROCHE- czani, Sponsi, & pudicissimæ virginis CHRISTINAE honesti viri Domini NICOLAI CAVRZIMSKY, cuius Neopragensis filix, Sponsæ, &c. scripta ab

Amicis in Collegio Reczek amoris ergò, 3. die
 Calend. Martij. ANNO: M D. XC.

Non fictus amor: sed amoris Artissima vincla fidelis. Pia reiligioq; duorum Summo placuere Tonanti Vt, qui hæc meditentur, ab alto; Capiant bona plurima, coelo: Placida quin vestiatur vmbra Hos gratia Dia fouendo. Summi sapientia Patris. Nam sanxerat (artiùs olim Corpuscula bina piorum Iungens) sacra fœdera lecti.	Sponsu hunc dubio sine, sponsam Deus ipse fouebit, alūnus (hæc Veræ pietatis uterq; Fuerat, Deus hosce beabit. Horum, sacra flammula sensim, Casti, modò se ingeret Aulæ Cordis, noua gaudia utriq; Quò effundat, & ampliet ignes. Sed quò rata sit mage spes hæc Iuuenes, sua vora, dicati Musis, referunt: pie Lector His pro pietate faueto Simon Gelenius, Susicennus.
--	--

PRAGAE,
 Excudebat GEORGIUS NIGRINVS.



ANDREA viue perpetim cœlestibus
 DIIS, quoque & mortalibus
 Hominibus, omni seruens feliciter
 Die & mora, promptissimus,
 Homo gerit quiuis bonam vitam, DEO &
 Homini, (pius velut Sophos
 Ait,) suis inseruiens laboribus:
 Commune fiat ut bonum
 Saluum, Memor sis ergo, cum tua
 Sponsa, pia, castissima
 Per longa sæcla viuere proximo & DEO,
 Et ferre lecti pignora.

Ioannes Pycconides, Piscema.

ALIVD.

NON fortuna pios castè coniungit amantes,
 Nec casus thalami, vincla sacrata, regit.
 Non turpis furor est, nec mentis fada libido,
 Fadera, legitimo casta, ferire modo.
 Ast Patris est summi, semper laudanda voluntas,
 A Eterni pariter, prouida cura, DEI.
 Qua generi humano sapiens prospexit, in vno,
 Ut placidè degant, corpore, corda duo,
 Omiser, infelixq; simul, qui tale superni
 Autoris, tumido pectore, spernit opus

1997 KK 69
 AKC. 16 | 36



Mente sed illicitos, damnoſa concipit ignes
 Matris, nec poſcit vincula pura, thori.
 Res ſacra coniugium eſt, terris veneranda, Poloq;
 Nulla Patri a thereo, gratioꝛ eſſe poteſt.
 Comprobat id NATVS rutilacũ lapſus ab arce
 Venit, terrigenũ morte piare, nefas,
 Coniugibus nam praſto aderat, cum Matre, nouellis
 His etiam largus, munera larga, tulit.
 Mox in dulce merum, lymphas conuertit acerbis,
 Quid dono potuit, dignius eſſe, ſacro.
 Ergo DEI Natus, tanto complexus amore eſt
 Coniugium: lecti, quis pia iura, neget;
 Grande nefas, ſummum, ſocialis ſpernere vita
 Authorem, thalamos hic fouet ipſe pios,
 Legitimos curat, ſacrato numine firmat,
 Exemplores ſunt, qua ratione carent,
 Turtur enim aſidue, tantum vno turture gaudet
 Immo teq; ſemel, fadera facta, tenent.
 Halciones pariter iunguntur lege fidei
 Concordeſq; thori, pignora grata ferunt.
 Pulchrior haud ſuper eſt vita ſocialis imago,
 Qua tædis doceat, numen adſe, ſacris.
 Nam velut horriſonos componunt aquora fluctus,
 Halciones quando nidificare ſtudent.

A ij

Hisq;

Hisq̃ fidem factam, seruat vis effera, ponti,
 Nec nidum vasti gurgitis vnda, petit.
 Exclusos donec, tollunt à littore fœtus,
 Intutoq̃, locant, munera blanda, thori.
 Sic cura simili tegit, atq̃, tuetur amantes
 Castos, atherci gratia larga, Patris:
 Fluctibus in medijs, duro in discrimine rerum.
 Presto est, & lectum seruat, amatq̃, pium,
 Hinc igitur fugiant, vita qui calibe gaudent,
 Nec tadas cupiunt, ritè subire, sacras.
 Sed quod castus amor, te casta virginis vras
 ANDREA cordis, dulcis amice, mei.
 Gratulor, atq̃, tuis molliſſima numina ceptis
 Suauio loq̃, tuo, prospera cuncta, precor.
 Vos mutuo jungat, firmo CONCORDIA nexu,
 Prouehat & vestrum, PAX veneranda, thorum.
 Ac veluti blandè redolent sub vere, tenellis
 Floribus, & herbis mollia prata, suis.
 Sic vestri eniteant, iucunda prole, penates,
 Sic vobis semper, gaudia mille ferant,
 Jamq̃, cape, optata suauissima gaudia. Nympha,
 Indulgeq̃, nouis, optime sponse, thoris,
 Nympha tuum pariter complectere pulchra maritum.
 Ingenuo est aliquid, crede, placere viro.

Viuite

Viuite felici, felicia pectora, lecto,
 Et Christina breui, munera pulchra ferat,
 Utq̃, annis iuncti, pariter iuuenilibus estis,
 Sic ambos pariter, tempora sera, premant.

Matthias Sskoda, Rochezanus

ALIVD.

P Angite Moeonia Musa testudine carmen
 Pierides, Berecynthia ouans taratantara latum
 Ede tuba, imparibus septem compacta cicutis
 Fistula psalle melos, resonent diuq̃ chorea,
 Phæbe coronatus prodi, cælumq̃, serena.
 Cura, dolorq̃, abeant, adsit cum carmine Liber,
 Et ceres, & charites manibus per mutua iunctis.
 Andreas etenim Rokecana natus in urbe
 Ingenio, atq̃, alia egregius virtute, pudica
 Cum sponsa, Christo, cœtuq̃, fauente piorum,
 Ingreditur thalamos, celebrat pactosq̃, Hymenæos,
 Infandumq̃, scelus, stolidi finesq̃, pudoris
 Prohibitos vitat, Phlegetonte a regna, lacusq̃,
 Pallentes Erebi, vetitosq̃, cupidinis arcus.
 Cui sponse non eximios natura negauit
 Ocores, & vultum visa sine veste Diane,
 Purpureasq̃, genas, dignos & Apolline crines
 Candentesq̃, manus, niueo & candore ruborem.

A iij

Qualis

Qualis erat virgo, proles Elatæia Canis,
Thessalidum, rure inq; Terapnèo nata puella.

Ergo supreme DEVS, thalami qui diceris autor,
Legitimiq; probas fautor, socialia, lecti,
Fœdera, tasciuaq; faces vitare Dialis
Precipis, huc te fer benedic thalamisq; nouorum:
Coniugio hos stabili iungas, per quos tua crescet
Gloria, Da uiuant concordēs Nestoris annos.
Aufer ab his mala cuncta procul, procul aufer amara.
Fac sint felices, multa q; ex parte beati,
Sint casti, sint cultores pietatis, & equi.
Sponsa pios fructus edat, sponsiq; decoret
Prole decēte domum; tadas lis nulla iugales
Euertat, temeretq; fidem, sed gratia, amorq;
Lenimenq; mali, tolerantia iungat utrumq;
Post ubi præpetibus pennis labetur ab alto
Iris, & à sponsis vitales exigit, auras,
Parce animis queso, splendentiaq; infer in astra.

At tu sponse bonis iam successure futuris
Utere fortuna, sponsam iunctamq; tabellis
Legitimis redama, nactus quod mente petisti,
Contigit hoc rutilo summum tibi munus Olympo.
Non tale obtinuit quondam Danaeus heros,
Aurea Phryxæ pecudis dum velleræ quarit.

Nec

Nec qui Priamidem superauerat Hectora, & illum
Exanimem Troie raptarat mœnia circum.
Hi letare bonis, & munera nosce Tonantis
Protantoq; DEO, rutilas qui possidet arces,
Munere solue preces, Christo pia vota litato,
Corripere ut tandem cœli te regia possit.

Bohuslaus Bavor à Kofinacziova.

ALIVD.

Hunc tenuere pij morem, hunc monet esse tenendum
In multis Pauli pagina sacra locis.
Alter ut alterius fœlicia quæq; precetur,
Auspicijs: etenim res ea grata DEO est.
Obuia sunt exempla, quibus cecisse videmus,
Omne, quod optarunt pectore & ore pij.
Nec dubium est precibus quin præbeat hæc æmus aure
Et votis faciat pondus inesse DEVS.
Ille igitur duce quo thalamos, vitamq; iugalem
Ingredieris sacrum ritè secundet opus.
Ritè secundet opus, cuius fuit vnicus autor
Et tadas omni prosperitate beet.
Ducite tranquillam fœdo sine crimine vitam
Et placida Pylios vivite sorte dies.
Viuite concordēs, animis & corpore iuncti
Sit sine lite domus non sine prole thorus

A iiij

Sit

Sit charus, Christina tibi tuus, optima, sponsus.
 Quem sociant lateri fata DEVS q̃ tuo.
 Tuq̃, tuae sponsae tetricis sine moribus, alme
 Redde vicem, Andrea, dilige amore pari
 Ut subnata sua vitis bene floret oliuae
 Crescite sic socij & pignora ferte thori
 Hac vobis opto, quæ fata DEVS q̃ secundet
 Addite vos vestras ad mea vota preces.

Victorinus Andrea, Tausscouinus

ALIVD.

EN patet, ut cunctis latus quæ continet orbis.
 Signa insint socij, certa ut imago, thori.
 Autor conjugij DEVS est, ille optime rebus
 Conjugij, insculpsit, fœdera firma, sacri,
 Æthera si spectes, cernes genus omne volucrum.
 Connubij specimen ferre, referre, suum.
 Turtur turturibus, cygnusq̃ assistere cygno
 Visitur & fido præstat amore fidem.
 Fidus amor sancit, crescentumseminarum.
 Multaq̃, sympatian dant animata, ratam.
 Orchin, Narcissus Mentam, Sisymbria, vitem.
 Ulmus, sed Cunilam, poscit amando, Thymus.
 Omnia concubitu plaudunt animalia, flammis
 Cuncta calent, ardens cuncta Cupido, tenet.

Non natu

Non natura modò, verùm & sacra pagina monstrat,
 Connubij claros, hac ratione, typos
 Quare, dum casto gaudent animalia lecto,
 Et retinent fœdus, quod pepigere, semel,
 Insit cum ratio nobis, tum iuncta voluntas,
 Illa sequi solum haud, sed superare, decet.
 Conjugij utilitas est maxima, maximus usus,
 Nam sobolem generat, credito, coniugium.
 Uxor diuinum donum est, fecunda, DEO q̃
 Pignora contingunt, præmia dante, thoro.
 Connubiale tuum vinculum mens ANDREA poscit,
 Hunc etiam ritum, concelebrare simul,
 Primum quamq̃, tuis thalamis sociabitur opto,
 Sponsa, pijs Sponsis, Christus adesse velit,
 Ut sacra dos mentis, (sed dos hac debita forma,
 Moribus, & laudi) cedat utrumq̃, DEO.
 Per quam fausta tuis, veniant tunc omina lectis,
 Pegasei fontis, sponse colende decus.
 Hac precor, ut thalami DEVS autor primus honesti
 Faxit, ut hac vobis prosperè vota, cadant.

Zacharias Chalybeus Blouiczenus.

ALIVD.

SANCTA thoros res est fulvo preciosior auro
 Hunc pater omnipotens summi fabricator Olympi
 A V Condi-

Condidit, euulsam sumens de corpore costam
Ada, ex hac Euam pulchram castamq; creauit,
Quam subito adductam sponso sociauit Adamo:
Talibus agrediens dictus & voce serena
Crescite multiplici vastumq; propagine mundum
Implete, & louam numerosa voce vocate:
Crescite, iucundos thalami vestri edite fructus
Qui referant nomen laudemq; decusq; parentum.

Hac igitur secum praclaro corde volutans
Vir bonus Andreas, pulchram sibi iungit amicam
Moribus ornatam & multis virtutibus auclam
Et vitat Venerem illicitosq; Cupidinis arcus.
Res iucunda Deo est, nutu qui sydera torquet,
Illius ad normam fluxam componere vitam:
Huic capto prae sto est, ditat socialia lecti
Foedera, pellit & à thalamis incommoda cuncta
Et sponsis, tribuit pacem, placidamq; quietem.

Gratulor ergo tibi captum laudog; probog;
Andrea, summumq; precor concentibus artibus:
Ut solus faciat pulchra te prole parentem:
Et vita donet longos in Nestoris annos,
Te sponsamq; tuam, tandem si curua senecta
Venerit, & cum mors anima seduxerit artus
Ad caelos ducet, rutilo vos sistat Olympo.

VVenceslaus Morauicij Gutterbergensis

ETHEODISTICHA.

O Canen Vn Cfe LIX, tha La Mo so Clat ap Ve L-
Lato, pro Veniant prospera q Ve q Ve, tlb I. (La

ALIVD.

Febr VVs Ingentls reDDebat fortè Lean Dra
Virt Vrls: sponso sponfa Ven Vsta Venls.

Georgius Fabuschius,
Meferziczenus.

ALIVD.

FAEdere conjugij virgo Christina ligatur
Andrea, & firmo fadere juncta, manet,
Auctor connubij Deus, & seruator honesti,
Conjugibus donet, prospera cuncta, nouis
Unanimes jungat felix Concordia, sensus,
Una sit in Domino, mens, amor atq; fides.

Nicolaus Martinidia,
Pohradicenus.



NVPTIIS
NOBILITA
TE ET PIETATE

ORNATI IUVENIS D. MA-
ximiliani Hostialek à Javvorziec Za-
tecem Sponsi: eiusq; dilectiss: & ve-
nustiss: Sponsæ virginis Katharinæ
Filix clariss: viri, D. Pauli Zli-
scinij quondam Senatoris
Reipub: Zatecensis.
Gratulationes.



Pragæ, Imprimebat Iohannes Schuman.
Anno 1591.

